

## Wenlock Bailiffs' Courts

### Box 3 Folder11

2

*Ricardus James queritur versus Radulphum Bradeley de placito debiti super demandum quadraginta solidos Et sunt plegii Henricus Hunt Nicholaus Lunt*  
Et unde idem Ricardus James per Willelmum Hord attornatum suum dicit quod Cum predictus Radulphus Bradeley vicesimo die Septembris anno nostri domini Regis Jacobi nunc Anglie etc decimo septimo apud Barrowe infra Jurisdictionem huius Curie emisset de eodem Ricardo unam equam pro predictis quadraginta solidis Solvendis eidem Ricardo James in modo et forma sequenti videlicet viginti solidis inde ad festum Purificacionis beate marie virginis tunc proxime sequens et viginti solidis inde residuis ad festum Sancti Johannis Baptiste tunc proxime sequens predictus tamen Radulphus licet sepius requisitus dictos xl<sup>s</sup> eidem Ricardo nondum reddidit set illos ei hucusque reddere Contradixit et ad huc Contradicit unde dicit quod deterioratus est et dampnum habet ad valenciam xiiij<sup>s</sup> iiii<sup>d</sup> Et inde producit sectam etc

W Horde

Richard James complains against Ralph Bradeley of a plea of debt upon demand of forty shillings. And Henry Hunt and Nicholas Lunt are pledges.

And wherefore the said Richard James by William Hord, his attorney, says that whereas the said Ralph Bradeley on the twentieth day of September in the seventeenth year of our lord James now king of England etc. at Barrow within the jurisdiction of this court bought from the said Richard a mare for the said forty shillings to be paid to the said Richard James in manner and form following, to wit twenty shillings at the feast of the Purification of the Blessed Mary the Virgin then next following and twenty shillings thus remaining at the feast of St John the Baptist then next following. However, the said Ralph despite being often requested has not yet rendered the said 40s to the said Richard, but has hitherto refused to render them to him and still refuses, wherefore he says that he has suffered damage and has damage to the value of 13s 4d. And thus he brings his suit etc.

3

Thomas Hassould *generosus* Ballivus ville & libertatis predictae omnibus Constabulariis infra Libertatem predictam & precipue Constabulario de Brosley necnon Francisco Wilkes Randulpho Edwardes & eorum Cuilibet salutem Quia Ricardus Geares invenit mihi sufficientem securitatem tam de Clamore suo processionis quam de returni unius tauri Coloris nigri precii liij<sup>s</sup> iiii<sup>d</sup> de bonis & Catallis ipsius Ricardi Geares quem Johannes Langley de woodhowse Cepit & iniuste detinuit Contra vadium & plegium etc Ideo vobis & Cuilibet vestrum mando taurum predictum sic Captum & iniuste detentum eidem Ricardo Geares sine dilatione deliberari faciatis Et ponatis per vadium & plegium predictum Johannem Langley quod sit Coram me ad proximam Curiam ville & libertatis predictae ad respondendum prefato Ricardo Geares de placito Captionis & iniuste detencionis tauri predicti Et qualiter hoc preceptum meum fuit executum Constare facit ipse qui hoc preceptum executum fuit ad proximam Curiam ville & libertatis predictae periculo incumbenti datum sub sigillo officii meo xj<sup>o</sup> die Septembris Anno Regni Regis nunc Jacobi Anglie etc decimo nono & Scotie Iv<sup>o</sup>

Thomas Hassould Ballivus

Thomas Hassould gentleman, bailiff of the town and franchise aforesaid, to all the constables within the franchise aforesaid, particularly to the constable of Brosley and also Francis Wilkes, Randulph Edwards and to each of them greeting. Because Richard Geares has found me sufficient security both concerning his complaint of process and concerning the return of a bull of a black colour of the price of 53s 4d of the goods and chattles of the said Richard Geares which John Langley of Woodhouse took and unjustly kept against his pledge and security, therefore I order you and each of you to cause the said bull thus taken and detained to be delivered to the said Richard Geares without delay, and by his pledge and security cause the said John Langley that he be before me at the next court of the said town and franchise to answer to the said Richard Geares concerning a plea of taking and unjustly keeping of the said bull. And by whatever right this my order was executed it is agreed who executed it at the next court of the said town and franchise to danger belonging. Given under the seal of my office the 11<sup>th</sup> day of September in the nineteenth year of the reign of James now king of England and of Scotland the 55<sup>th</sup>.

4

Henricus Sheparde *queritur* versus *Willelmum* Bishop *generosum* de placito *Captionis* et iniuste detencionis *averiorum suorum* ad dampnum ipsius Henrici viginti librarum Et sunt *plegii* de *prosequendo* Henricus Hunt et Nicholas Lunt

Et unde *idem* Henricus Sheparde in propria persona sua *queritur* quod *predictus* *Willelmus* Bishoppe decimo quarto die Septembris anno Regni *domini* Regis Jacobi nunc *Anglie* etc decimo octavo apud Burton in quodam loco vocato The newsty rynges infra iurisdictionem huius Curie Cepit *averia* videlicet quatuor vaccas ipsius Henrici *precii* duodecim librarum Et ea iniuste detinuit Contra *vadium* et *plegium* quousque etc unde dicit quod deterioratus est et dampnum habet ad valenciam xx<sup>li</sup> Et inde *producit* sectam etc

W Horde

Henry Shepherd complains against William Bishop gentleman of a plea of taking and unjustly detaining his beasts to the damage of the said Henry of twenty pounds. And Henry Hunt and Nicholas Lunt are plegges for prosecuting.

And wherefore the said Henry Shepherd in person complains that the said William Bishop on the fourteenth day of September in the eighteenth year of the reign of the lord James now king of England etc at Burton in a certain place called the Newsty Ring within the jurisdiction of this court took beasts, to wit four cows of the said Henry of the price of twelve pounds and unjustly keeps them against his pledge until etc. Wherefore he says that he has suffered damage and has damage to the value of £20. And thus he brings his suit etc.

5

Thomas Hassould *generosus* Ballivus *domini* Regis ville et Libertatis *predicte* Johanni Eyre *servienti* ad Clavam *ibidem* necnon Randulpho Edwardes *ffrancisco* Wilkes eius *deputoribus* in hac vice tantum salutem Ex parte *domini* Regis vobis et Cuilibet *vestrum* mando quod *attachiatis* sive unus *vestrum* *attachias* Thomam Atkys alias Sotherne Edwardum Powell et Thomam Bryan per bona et Catalla sua Si etc Et salvo *Custodiens* ita eos *habeatis* Coram me ad *proximam* Curiam *ibidem* tenendam post *Captionem* ad *respondendum* Samueli Wilmot de Calleton de placito *debiti* super demandum *iiiiij*<sup>li</sup> *legalis* monete *Anglie* Et hoc nullatenus etc datum sub sigillo officii mei *xiiij*<sup>o</sup> die Octobris anno *regni domini nostri* Jacobi de *gratia* Regis *Anglie* *ffrancie* et *Hibernie* *xviiij*<sup>o</sup> et *Scotie* *liiiij*<sup>o</sup>

Thomas Hassould ballivus

Thomas Hassould gentleman. bailiff of the lord king of the town and franchise aforesaid, to John Eyre serjeant at mace there and also Randulph Edwards [and] Francis Wilkes, his deputies for this occasion only, greeting. On behalf of the lord king I order that you attach or one of you attach Thomas Atkis alias Sotherne, Edward Powell and Thomas Bryan for their goods. If etc. And keeping them safely you shall have them before me at the next court to be held there after the taking to answer Samuel Wilmot of Callaughton in a plea of debt upon demand of £4 of legal money of England. And this by no means etc. Dated under my seal the 13<sup>th</sup> day of October in the 18<sup>th</sup> year of the reign of our lord James by the grace of God of England, France and Ireland and the 54<sup>th</sup> of Scotland.

8

*Replicatio* *Willelmi* Robertes *querentis* versus *Edwardum* allen *defendentem* in placito *Transgressionis* super *Casum*

Et *predictus* *Willelmus* Robertes per *attornatum* suum *predictum* dicit quod ipse per aliqua per *predictum* *Edwardum* Allen *preallegata* ab actione sua *predicta* versus ipsum *Edwardum* habenda *precluderi* non debet Quia dicit quod *predictus* *defendens* *promisit* et *prefato* *Willelmo* Roberts et ? modo et forma *prout* *predictus* *querens* per *narrationem* suam *predictam* versus eum *narravit* Et hoc *petit* quod *inquiratum* per *patriam*

Et *predictus* *defendens* *similiter*

Kenrick

Hotchkys

Reply of William Roberts plaintiff against Edward Allen defendant in a plea of trespass upon the case. And the said William Roberts by his said attorney says that he by anything mentioned by the said Edward Allen ought not to be precluded from his said action had against the said Edward. Because he says that the said defendant promised the said William Roberts and ? in manner and form as the said plaintiff by his said statement of claim claimed against him. And he asked that this be investigated by the country.

And the said defendant likewise

9

Thomas Hassould *generosus ballivus domini Regis ville et Libertatis predicte Johanni Eyre servienti ad Clavam ibidem salutem* Tibi mando quod venire facias Coram me ad *proximam Curiam domini Regis ville et Libertatis predicte* die martis scilicet xxvj<sup>10</sup> die huius instantis mensis Octobris *proxime* futuro tenendam duodecim probos et legales homines de visu ville et Libertatis predicte qui nec Thomam Kenrick querentem nec Lancelotum Taylor *generosum defendentem* ulla affinitate attingunt ad faciendum quandam *Jurationem patie inter partes predictas* proviso semper quod si duo precepta tibi venerunt unum eorundem ad diem illum tantummodo retornes Et habeas ibi nomina *Juratorum* et hoc preceptum datum sub sigillo officii mei decimo die Octobris anno regni regis Anglie ffrancie & Hibernie xvij<sup>o</sup> et Scotie liij<sup>o</sup>

Thomas Hassoulde ballivus

Curia 24 Octobris xvij<sup>o</sup> renovat retornable this day moneth

Thomas Hassould gentleman bailiff of the lord king of the town and franchise aforesid to John Eyre, serjeant at mace there greeting. I order you that you cause to come before me at the next court of the lord king of the town and franchise aforesaid to be held on Tuesday, to wit the 26<sup>th</sup> day of this month of October next following twelve honest and law-worthy men of the view of the town and franchise aforesaid who are not related to Thomas Kenrick the plaintiff or Lancelot Taylor gentleman defendand for forming a jury of the neighbourhood between the said parties, providing always that if two orders come to you, at that day you return only one of them. And you shall have there the names of the jurors, and this order given under the seal of my office on the tenth day of October in the 18<sup>th</sup> year of the reign of the king of England, France and Ireland and of Scotland the 54<sup>th</sup>.

10

Thomas Cleveley *queritur versus Thomam atkys alias Sotherne in placito Transgressionis ad dampnum ipsius Thome Cleveley quadraginta solidorum* Et sunt plegii de *prosequendo* Henricus Hunt et Nicholaus Lunt

Et unde idem Thomas Cleveley per William Hord *attornatum suum queritur quod predictus atkys alias Sotherne primo die Julii anno regni domini Regis Jacobi nunc Anglie etc decimo octavo vi et armis etc Clausum ipsius Thome Cleveley existens quandam parcellam terre Continentem per estimacionem dimidiam unius acre terre iacentem in quodam loco vocato le Sytche in quodam Campo Communi vocato The Edge fielde in Wenlocke magna infra iurisdictionem huius Curie fregit et intravit et herbam et hordeum suum ad valenciam tresdecim solidorum et quatuor denariorum ibidem tunc Crescentia Cum quibusdam averiis videlicet equis spadonibus vaccis et bidentibus depastus fuit Conculcavit et Consumpsit Et alia enormia ei intulit ad grave dampnum ipsius Thome Cleveley Et Contra pacem dicti domini Regis nunc unde dicit quod deterioratus est et dampnum habet ad valenciam xl<sup>s</sup> Et inde *producit sectam* etc*

W. Hord

Thomas Cleveley complains against Thomas Atkis alias Sotherne in a plea of trespass with damage of the said Thomas Cleveley of forty shillings. And Henry Hunt and Nicholas Lunt are pledges for prosecuting.

And wherefore the same Thomas Cleveley by William Hord his attorney complains that the said Atkis alias Sotherne on the first day of July in the eighteenth year of the reign of the lord James now king of England etc by force and arms broke and entered a close of the said Thomas Cleveley being a parcel of land containing by estimation a half of an acre of land lying in a certain place called the Sytch in a certain common field called the Edge Field in Much Wenlock within the jurisdiction of this court and depastured, trampled and consumed his grass and barley to the value of thirteen shillings and four pence then growing there were by certain beasts, to wit horses, geldings, cows and sheep, and he inflicted other outrages on him to the grave damage of the said Thomas Cleveley and against the peace of the said lord now king, wherefore he says that he has suffered damage and has damage to the value of 40s, and thus he brings his suit etc.

11

Georgius Caplewood queritur versus Ricardum ffrances Juniorem de placito quod Reddat ei xx<sup>s</sup> quos ei debet et iniuste detinet Et sunt plegii de prosequendo scilicet Johannes Doe et Ricardus Roe.

Et unde Idem Georgius Caplewood per Ricardum Dawley attornatum suum dicit quod cum predictus Ricardus ffrances primo die Maii anno Regni domini nostri Jacobi nunc Regis Anglie etc decimo septimo apud Wenlock magna predicta infra Jurisdictionem huius Curie computasset cum eodem Georgio Caplewood de diversis denariorum summis ipsius querentis per prefatum Ricardum ffrances ad computandum inde eidem Georgio cum inde requisitus fuisset reddendo ante tempus illud receptis Et super Compoto illo predictus Ricardus ffrances inventus fuit in arrearegiis erga ipsum Georgium Caplewood in predictis xx<sup>s</sup> per quod actio accrevit eidem querenti ad exigendum et habendum de prefato defendente predictos xx<sup>s</sup> Idem tamen defendens licet sepius requisitus fuit predictos xx<sup>s</sup> eidem querenti nondum reddidit sed illos ei reddere omnino contradixit et ad huc contradicit unde predictus querens dicit quod ipse deterioratus est et dampnum habet ad valenciam vj<sup>s</sup> viij<sup>d</sup> Et inde producit sectam etc

Ric Dawley

George Caplewood complains against Richard Frances Junior in a plea that he render to him 20s which he owes him and unjustly detains. And there are pledges for prosecuting, to wit John Doe and Richard Roe.

And wherefore the said George Caplewood by Richard Dawley, his attorney, says that whereas the said Richard Frances on the first day of May in the seventeenth year of the reign of our lord James now king of England etc at Much Wenlock aforesaid within the jurisdiction of this court accounted with the said George Caplewood for for various sums of money of the said plaintiff for by the said Richard Francis received before that time accounting to the said George when requested; and at that account the said Richard Frances was found in arrears towards the said George Caplewood in the said 20s by which the action accrued to the said plaintiff for demanding and having the said 20s from the said defendant. However, the said defendant despite being often requested has not yet rendered the said 20s to the said plaintiff but has wholly refused to render them to him and still refuses, wherefore the said plaintiff says that he has suffered damage and has damage to the value of 6s 8d. And thus he brings his suit.

12

Edwardus More alias dictus Edwardus Moore de Caynham queritur versus Ricardum Raynoldes alias dictum Richardum Raynoldes de Bawcotte in Comitatu Salopie yeoman de placito quod Reddat ei duo decimo libras legalis monete anglie quas ei debet et iniuste detinet Et sunt plegii de prosequendo Henricus Hunt et Nicholaus Lunt.

Et unde idem Edwardus Moore per Willelmum Hord attornatum suum dicit quod Cum predictus Ricardus Raynoldes ultimo die Januarii anno regni domini Regis Jacobi nunc Anglie etc decimo sexto apud Cleestaunton infra jurisdictionem huius Curie per quoddam scriptum suum obligatorii Concessisset se teneri eidem Edwardo Moore Cum inde requisitus fuisset predictus tamen Ricardus licet sepius requisitus predictas xij<sup>li</sup> eidem Edwardo moore nondum reddidit sed illas ei hucusque reddere Contradixit et adhuc Contradixit et adhuc Contradicit unde dicit quod deterioratus est et dampnum habet ad valenciam sexaginta solidorum Et inde producit sectam etc Et profert hic in Curiam scriptum quod debitum predictum in forma predicta testatur Cuius datum est die et anno supradictis

Edward More otherwise called Edward Moor of Caynham complains against Richard Reynolds otherwise called Richard Reynolds of Baucott in the county of Salop yeoman in a plea that he render to him twelve pounds of legal money of England which he owes him and unjustly detains. And Henry Hunt and Nicholas Lunt are pledges for prosecuting.

And wherefore the said Edward Moore by William Hord his attorney says that whereas the said Richard Reynolds on the last day of January in the sixteenth year of the reign of the lord James now king of England etc at Clee Stanton within the jurisdiction of this court by a certain writing of obligation agreed to be bound to the said Edward Moore when he was requested. However, the said Richard despite being often requested has not year rendered the said £12 to the said Edward Moore but has refused to render them to him and still refused and stil refuses, wherefore he says that he has suffered damage and has damage to the value of sixteen shillings. And thus he brings his suit. And he brings here into court the writing which witnesses the said debt in the said form of which the date is the day and year abovesaid.

14

*Johannes Mayer queritur versus Ricardum James de placito quod Reddat ei xl<sup>s</sup> quos ei debet et iniuste detinet Et sunt plegii de prosequendo scilicet Johannes Doe et Ricardus Roe*  
Et unde Idem querens per Thomam Kenrick attornatum suum dicit quod cum predictus defendens quinto die Augusti anno Regni domini nostri Jacobi nunc Regis Anglie etc decimo octavo apud wenlock magna predicta infra Jurisdictionem huius curie computasset cum eodem querente de diversis denariorum summis ipsius querentis per prefatum defendentem ad compotum inde eidem querenti cum inde requisitus fuisset Reddendo ante tempus illud receptis Et super compoto illo predictus defendens inventus fuit in areragiis erga ipsum querentem in predictis xl<sup>s</sup> per quod actio accrevit eidem querenti ad exigendum et habendum de prefato defendente predictos xl<sup>s</sup> Idem tamen defendens licet sepius requisitus fuit predictos xl<sup>s</sup> eidem querenti nondum Reddidit sed illos ei Reddere omnino contradixit et ad huc contradicit unde predictus querens dicit quod ipse deterioratus est et dampnum habet ad valenciam xiijs<sup>s</sup> iiij<sup>d</sup> Et inde producit sectam etc

Kenrick

John Mayer complains against Richard James in a plea that he return to him 40s which he owes him and unjustly detains. And there are pledges for prosecuting, to wit John Doe and Richard Roe. And wherefore the said plaintiff by Thomas Kenrick his attorney says that whereas the said defendant on the fifth day of August in the eighteenth year of the reign of our lord James now king of England etc at Much Wenlock aforesaid within the jurisdiction of this court accounted with the said plaintiff concerning various sums of money of the said plaintiff received before that time to be rendered by the said defendant to the said plaintiff at the account when he was thus requested. And upon that account the said defendant was found in arrears towards the said plaintiff in the said 40s, wherefore the action for the said plaintiff accrued for demanding and having the said 40s from the said defendant. However, the said defendant despite being often requested has not yet rendered the said 40s to the said plaintiff but wholly refuses to render it to him and still refuses wherefore the said plaintiff says that he has suffered damage and has damage to the value of 13s 4d. And he thus brings his suit etc.

15

*Edmundus Crowther queritur versus Willelmum Jorden sawyer in placito debiti super demandum septem solidorum Et sunt plegii de prosequendo Henricus Hunt Nicholaus Lunt*  
Et unde idem Edmundus Crowther per willelmum Hord attornatum suum queritur quod Cum primo die aprilis anno regni domini Regis Jacobi nunc Regis Anglie etc decimo octavo apud Wenlock magna infra iurisdictionem huius Curie emisset de eodem Edmundo panem ad valenciam quinque solidorum et octo denariorum de predictis septem solidis Solvendis ?solvendis eidem Edwardo [sic] Cum inde requisitus fuisset atque etiam Cum predictus Willelmus Jorden postea scilicet die et anno supradictis apud wenlock predicta infra iurisdictionem predictam mutuatus fuisset de eodem Edmundo xvj<sup>d</sup> predictorum vij<sup>s</sup> residuos Solvendos eidem Edmundo Cum inde requisitus fuisset predictus tamen Willelmus Jorden licet sepius requisitus predictos vij<sup>s</sup> eidem Edmundo Crowther nondum reddidit sed illos ei hucusque reddere Contradixit et adhuc Contradicit unde dicit quod deterioratus est et dampnum habet ad valenciam ij<sup>s</sup> v<sup>d</sup> Et inde producit sectam

Edmund Crowther complains against William Jorden sawyer in a plea of debt upon demand of seven shillings. And Henry Hunt [and] Nicholas Lunt are pledges for prosecuting. And wherefore the said Edmund Crowther by William Hord his attorney complains that whereas on the first day of April in the eighteenth year of the lord king James now king of England etc at Much Wenlock within the jurisdiction of this court bought from the said Edmund timber to the value of five shillings and eight pence of the said seven shillings to be paid to the said Edmund when requested, and also whereas the said William Jorden afterwards, to wit on the day and year abovesaid at Wenlock aforesaid within the said jurisdiction borrowed from the said Edmund 16d remaining from the said 7s to be paid to the said Edmund when therefore requested. However, the said William Jorden despite being often requested has not yer rendered the said 7s to the said Edmund Crowther but has hitherto refused to render them to him and still refuses, wherefore he says that he has suffered damage and has damage to the value of 2s 5d. And thus he brings his suit.

*Willelmus Hord unus attornatus huius Curie queritur versus Thomam Atkys alias Sotherne in placito Transgressionis cum dampnum ipsius Willelmi Hord viginti solidorum Et sunt plegii de proseguendo Henricus Hunt et Nicholaus Lunt*

Et unde idem *Willelmus Hord* in propria persona sua queritur quod predictus Thomas Atkys alias Sotherne ultimo die Julii anno regni domini Regis Jacobi nunc Anglie etc decimo octavo vi et armis etc Clausum ipsius *Willelmi* existens quandam parcellam terre Continentem per estimationem dimidiam unius acre terre Jacentis in quodam Campo Communi vocato the Edge field in quodam loco vocato le Sytche apud wenlock magna infra iurisdictionem huius Curie fregit et intravit et hordeum in particularie vocatum dredge et avenas ipsius *Willelmi* ad valenciam xiijs<sup>s</sup> iiij<sup>d</sup> ibidem tunc Crescentia Cum quibusdam averiis videlicet equis spadonibus vaccis et bidentibus depastus fuit Conculcavit et Consumpsit Et alia enormia ei intulit ad grave dampnum ipsius *Willelmi* Hord et Contra pacem dicti domini Regis nunc unde dicit quod deterioratus est et dampnum habet ad valenciam xx<sup>s</sup> Et inde producit sectam etc

William Hord one of the attorneys of this court complains against Thomas Atkis alias Sotherne in a plea of trespass with damages of the said William Hord of twenty shillings. And Henry Hunt and Nicholas Hunt are pledges for prosecuting.

And wherefore the said William Hord in person complained that the said Thomas Atkys alias Sothern on the last day of July in the eighteenth year of the reign of the lord James now king of England etc. with force and arms broke into and entered a close of the said William being a certain parcel of land containing by estimation a half acre of land lying in a certain common field called the Edge Field in a certain place called the Sytch at Much Wenlock within the jurisdiction of this court and with certain beasts, to wit horses, geldings, cows and sheep depastured, trampled and consumed barley, specifically called dredge, and oats of the said William then there growing to the value of 13s 4d, and caused him other outrages to the grave damage of the said William Hord and against the peace of the said now lord king. Wherefore he says that he has suffered damage and has damage to the value of 20s. And thus he brings his suit.

#### Bill of costs

Wenlock magna Curia 4 augusti anno xvj<sup>o</sup>  
Judicium intractum pro margeria Selman vidua versus Robertum Griffies in debito quod affidatur debitum xxj<sup>s</sup>

le Capias	xij <sup>d</sup>
feodum & warrantia Attornati	xv <sup>d</sup>
narratio et Recordum	xiiij <sup>d</sup>
Judicium	xv <sup>d</sup>
dampna	iiij <sup>d</sup>
Solidorum denarii	xxj <sup>d</sup>
Billa Custagiorum et satisfactio	vij <sup>d</sup>

Much Wenlock Court of 4 August in the 16<sup>th</sup> year  
Judgement brought for Margery Selman widow against Robert Griffiies in a debt which debt is declared 21s.

The summons	12d
Fee and warrant of the attorney	15d
Statement and record	14d
Judgement	15d
Damages	4d
?Pence of shillings	21d
Bill of costs and satisfaction	8d

**Box 4/Folder 4**

**23**

Walterus Barker *armiger vice Comes Comitatus predicti* Ballivis ville et libertatis de wenlocke magna salutem breve domini Regis mihi directum in hec verba recepi (*videlicet*) Jacobus dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Rex fidei defensor etc *vicecomiti* Salopie salutem Precipimus tibi quod Capias Mariam Smalman nuper de Hopton in Comitatu tuo viduam Si inventa fuerit in balliva tua Et eodem salvo Custodias Ita quod habeas Corpus eius Coram Justiciariis nostris apud westmonasterium in octavis sancti Hillarii Ad respondendum Rowlando Peirce de placito quare quisdam Canes ad mordendum oves consuetas apud Hopton scientia retinentie qui quidem Canes duodecim oves ipsius Rowlandi ibidem inventas tam graviter memorderunt Ita quod octo oves precii quinquaginta solidorum de omnibus predictis interimite et oves residue multipiciter deteriorate fuerunt Et alia enormia ei intulit ad grave dampnum ipsius Rowlandi Et habeas ibi hoc breve Th Hobart apud westmonasterium ix<sup>o</sup> die Octobris Anno regni regis Anglie ffrancie & Hibernie decimo octavo Et Scotie liiij<sup>o</sup>

Chapman Maydnell

Et quia vestra libertas tantum est vigor ut eam ingredi non possum Ideo vobis mando quod tenor istius brevis quantum ad vos attinet racione vestre libertatis in omnibus exequi facias Et quid inde feceritis mihi vel subvicecomiti meo indilate Certificietis unacum hoc mandato Et hoc nullat omittatis periculo incumbenti datum sub sigillo officii mei secundo die Januarii Anno Regni Regis Jacobi Anglie etc xviiij<sup>o</sup> Et Scotie liiij<sup>o</sup>

Walterus Barker  
*armiger vicecomes*

xvj<sup>o</sup> Januarii Anno xviiij<sup>o</sup> Jacobi Regis  
Eadem Maria Smalman vidua  
Willelmus Hassould de priors Mydleton  
Ricardus Smalman de Munckhopton *quilibet* xl<sup>li</sup>  
pro Comparando secundum exigentiam istius brevis & precepti  
& ad respondendum prout Lex postulat  
Marie Smalman William Hasould Richard Smallman

Walter Barker esquire, sheriff of the said county, to the bailiffs of the town and franchise of Much Wenlock greeting. I have received a writ directed to me from the lord king in these words, to wit 'James by the grace of God king of England, Scotland, France and Ireland, defender of the faith etc to the sheriff of Shropshire greeting. We order that you take Mary Smalman lately of Hopton in your county widow; if found in your bailiwick keep her safely so that you shall have her body before our justices at Westminster in the octave of St Hillary to answer to Rowland Peirce concerning a plea why a certain dog bit customary sheep at Hopton by the knowledge of servants. The which dog gravely bit twelve sheep of the said Rowland found there so that eight sheep of the price of fifty shillings from all the said [sheep] were destroyed and the remaining sheep were much damaged. And she inflicted other outrages to the grave damage of the said Rowland. And you shall have there this brief to Th. Hobart at Westminster on the 9<sup>th</sup> day of October in the eighteenth year of the reign of the king of England, France and Ireland and of Scotland the 54<sup>th</sup>.'

Chapman Maydnell

And because your franchise is so strong that I cannot enter it, therefore I order you that the tenor of this writ as much as concerns you by reason of your franchise you cause to be followed. And that you cause to certify to me or my undersheriff without delay together with this order and you shall omit nothing at your peril. Dated under the seal of my office on the second day of January i the 18<sup>th</sup> year of the reign of James king of England etc and the 54<sup>th</sup> of Scotland.

16 January in the 18<sup>th</sup> year of King James  
The same Mary Smalman widow }  
William Hassould of Middleton Priors } each £40  
Richard Smalman of Monkhopton }  
for appearing according to the demand of this writ and order  
and to answer as the law demands.  
Mary Smalman, William Hasould, Richard Smallman